



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Explorationis voluntatis virginum Deo dicandarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

- ultim. volunt. lib. 6. titulo 14. numero 23.
- 9 Et ideo videmus, quod licet in l. ob as alienum C. de prad. & alijs reb. minor. ob solum as alienum possint pradia minorum distrahi, tamen Glof. ibidem in verbo alieni communiter recepta tradidit id quoque fieri posse ob similes alias causas, & licet in l. fin. C. de reuocand. donat. decernatur ob solas causas ibi enumeratas posse reuocari donationem, tamen communis DD. conclusio sustinet posse quoque ex alijs aequè similibus id fieri, vt latius constat ex Molin. lib. 1. de primogenit. c. 9. n. 32. Gomef. tom. 2. variar. c. 4. n. 14. Clarus in lib. 5. recept. sententiarum §. donatio, quæst. 21. Suarez in Thesaur. recept. sententiarum in verbo donatio nu. 226., & similiter cum in Auth. vt cum de appellat. cognosc. §. Aliud quoque Capitulum decidatur ob solas quatuordecim causas ibi expressas posse filium exheredari, sentiunt omnes Doctores posse id quoque ex causis similibus fieri, vt per Couar. in c. Raynuius n. 16. de testam. Menchac. de success. lib. 2. §. 17. n. 101. Villalob. in commun. opin. lit. E. nu. 143. Fachin. in controuers. iur. lib. 6. cap. 78. Piazza de delict. li. 1. c. 1. n. 15. Clar. cum §. testamentum q. 41. & hoc asserunt loquentes de his legibus adeo odiosis, & poenalibus, quæ sunt concedentes licentiam exheredandi filios, & reuocandæ donationis perfectæ, ergo à fortiori dicendum est in casu Bullæ Pij V. quamuis enim fauorabile sit restringere clausuram monialium, at illam restringere in casibus in quib. vitæ periculum euidenter videtur, satis impium erit.
- Quibus sic iactis fundamentis per optimè deducitur supplicationem hanc esse maximopere iuridicā, siquidē iuste concedi potest Moniali licentia ē claustro egrediendi, medendi causa morbo ita periculoso, itaut desperetur salus ea non egressa, cum & casus iste vrgentior sit exceptis in dicta Bulla Pij V. cum de monialis vita tuenda agatur, & leges Ecclesiasticæ, (qualis est ista de monialium clausura) minimè cum vitæ periculo obligant, inde si quidam monialem inuaderet ipsam interfecurus, essetq; opus egredi ad vitam tuendam, licitum ei esset egredi, ergo idem licebit ob simile vitæ periculum præseruare morbo contingenti, nihil enim refert siue ab extrinseco, siue ab intrinseco vitæ periculum immineat, cū in vtraque
- 11 idemmet vitæ tuendæ naturale ius suffragetur tanto fortius, quia nullo iure positiuo naturale propriæ vitæ tuendæ ius auferri potest, clem. pastoralis §. cæterum de sententia, & re iudic. l. vt vim, & ibi communi calculo DD. ff. de iustit. & iur.
- 12 Et hinc legimus Gregorium XIII. felicis recordationis indulgisse cuiusdam Cenobij monialibus liberū egressum, quoties morbo ita periculoso laborarent, vt medici iudicarent necessarium egressum ad tuendam vitam, ex quo sanè patet hanc esse iustam egrediendi causam, prout de hoc meminit Nauarr. in coment. 4. de regularibus nu. 49. & 50. vbi in specie voluit, & approbavit, quod monialis laborans morbo, etsi non contagioso, dummodò sit periculossus, ita vt nisi exeat curari nequeat, sitq; vtique moritura, posse tutò à monasterio exire, & concedendam esse licentiam, quod etiam sequitur Suarez de Relig. tom. 4. lib. 1. c. 9. n. 9. Graff. decif. aur. p. 1. li. 4. c. 23. n. 17. Sorb. in compend. priuileg. regul. in verbo Clausura, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 1. c. 8. quæst. 1. Laima in method. curat. in Appendic. §. 10. sanè enim piè præsumendum est quod si Pius Quintus Pontifex in hoc casu esset, interrogatus respondisset, cum vtique tenendum sit illam fuisse mentem præfati Pontificis Maximi, vt in tali casu fas esset egredi, alias enim sat impietatis haberet, quam omnino alienam ab huiusmodi viris ipse pietate pijs esse affirmandum est, Pontifex inquam tanquam Pater beneuolus, & Pastor fidelis propriorum filiorum, suarumq; omnium necem non permittit.

- 13 Vnde tempore belli posse moniales ē monasterio exire, seq; in locum tutum recipere, dum viget periculum, quod nisi egrediantur graui damno afficiantur resolunt Azor. instit. moral. part. 1. lib. 13. c. 8. quæst. 1. Gutierrez Canonice quæst. d. c. 14. nu. 9. Nauar. d. coment. 4. n. 48. Sanchez in Summa dicto c. 15. num. 44. Bonacin. de clausura, quæst. 1. puncto 9. n. 7.
- 14 Quare cum præfata soror Maria, si in clausura dicti monasterij perseverat, vtique cum expresso periculo vitæ id agit ex Medicorum iudicio, & relatione, quibus standum est, tanquam peritis in arte ad tex. in l. semel, C. de re milit. lib. 12. vbi Nouar. præter §. quod autem de non alienand. collat. 2. Alex. consil. 141. colum. penult. Abb. in c. tenor notab. 2. de re iudic. Mascard. de probat. conclus. 897. Pheb. decif. Rot. Lufit. 78. n. 5. to. 1. Actius in tract. de infirmit. c. 37. & nos diximus in tract. de elect. & variat. fori quæst. 9. nu. 2. sect. 2. Propterea Sanctitas Vestra, tanquam Iustus Iudex, & benignus Pater, gratiam, & iustitiam in relaxando clausuram concedere dignetur, vel alio opportuno remedio pro salute istius vtatur, prout virtus Spiritus sancti inspirabit in re, tam necessaria, quæ moram absq; damno irreparabili vitæ minimè patitur.
- 15 Eò fortius, quia ob nonnullas causas valde graues ore, non autem scriptis dicendas exitus huius monialis est quoque; vtiles monasterio in communi, quo in casu licitam esse egressionē extra claustra, probat Gutierrez Canonice quæst. c. 14. & nisi eadem Soror Maria ē dicto monasterio exeat est in discrimine amissionis animæ, quod multum est considerandum, cum Anima cunctis rebus sit antepondenda, sancimus C. de sacrosanct. Ecclesijs, & vbi agitur de salutē Animæ non attenduntur apices iuris Tiraquell. de priuileg. pie caus. priuileg. 164.
- Vnde pro licentiæ concessione in casu de quo agitur concludere satis consonum videtur, prout, & ita à Sanctitate Vestra largiri ex eius pietate speratur, & ita genibus flexis petis, & iterum pedes osculatur.
- Et hæc currenti (vt aiunt) calamo nomine, & pro parte dictæ Monialis ad instantiam præfati Marchionis mihi infra scripto V. I. D. Sanctitatis Vestre pedibus proflato adduxisse sufficiat.

Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

PRAXIS EXPLORATIONIS voluntatis virginum Deo dicandarum.

RESOLVT. CXCV.

- 1 *Voluntas puellæ est exploranda per Episcopum, quando habitum suscipere vult.*
- 2 *Libertas est adhibenda in exploratione voluntatis.*
- 3 *Exploratio voluntatis puellæ est facienda tam ante habitus susceptionem, quam in professione.*

Exploratio voluntatis, An facienda sit per Prelatos antequam puella suscipiat habitum Religionis.

- 1 **E**st per Episcopum exploranda voluntas puellæ, nedum quando professionem emittit, verum etiam quando habitum suscipere intendit, ita vt spectet ad Episcopum, tam ante susceptum habitum, quam postea ante professionis emissionem puellæ voluntatem explorare, nō obstante, quod monasteriū sit Regularibus subiectū, vel alias ab eius iurisdictione exemptū, & si prior exploratio nō fuerit facta, sufficit quod fiat secunda, & hoc totum fuisse decisum, referunt Pialegius in praxi Episcopali in verbo moniales nu. 232. Eman. quæst. regul. tom. 3. q. 12. art. 2. Ioan. de la Cruz de statu Religion. lib. 1. c. 7. in fine, Armen-

Armendar. in Addit. ad recopil. legum. Nauarr. lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religionibus n. 37. & 44. cum sequentibus. Sanchez in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 18. num. 23. cum sequentibus. Nouarius in opusculo iur. Canonic. conclus. vnic. de explorat. voluntatis puellarum, vnde Sacra Congreg. sic censuit.

Amplia primo, vt Virgines antequam ingrediantur Monasterium, adducantur ad matronas honestas, nec sanguine illis coniunctas, nec aliquo modo suspectas, vbi remotis omnibus earum propinquis examinentur ab Episcopo dictæ earum voluntates.

2 Amplia secundo, vt adhibenda sit omnimoda libertas in præfata exploratione alioquin præberetur causa legitima annullandi professionem ob metum reuerentialem, vt censuit Rot. in vna nullitatis professionis 13. Februarij 1586. coram Oradino.

Amplia tertio, vt Ordinarius diligentissimè quærare debeat, an Deo religiosè inferuire, atque inter moniales, apud quas est professionem emittere, an verò nubere velit; Et hoc fieri debet necessarijs interrogationibus, & quidquid respondet describi debet à publico Notario, præsentibus testibus idoneis, quæ quidem puella, si ob aliquam causam probabilem videtur, Ordinario non esse examinandum in monasterio, examinari debet extra septa eiusdem monasterij, vel alio Religioso loco, qui aptior, & commodior videbitur, vt censuit Sac. Congreg.

3 Amplia quarto vtramque explorationem spectare ad onus Episcopale, scilicet tam ante susceptionem habitus, quam professionis, quod si Episcopus, alteram, vel neutram prædictarum explorationum fecerit, contra Concil. fecisse censuit Sac. Congreg.

Amplia quinto in ea, quæ Inconsulto Episcopo habitum Religionis suscepit, nam antequam profiteatur ab Episcopo exploranda est diligenter, vt pariter censuit Sacra Congregatio Concilij.

RESOLVT. CXCVI.

- 1 Vicarius dicitur associari Episcopo in iurisdictione.
- 2 Exploratio voluntatis non potest fieri per Vicarium, & quando scus num. 3.
- Et an id procedat in Capituli Vicario, n. 4.
- 5 Vicarius Capitularis habet iurisdictionem Ordinariam.

An Vicarius Episcopi, vel Capituli Sede vacante possit explorare voluntates puellarum, quæ intendunt Religioni inferuire.

1 Videbatur prima consideratione affirmandum ex eo, quod Vicarius dicitur associari Episcopo in iurisdictione cap. in nou. 16. qu. 7. & faciat idem confessorium cum Episcopo cap. 2. de consuetud. in 6. vnde cum representet personam Episcopi, & lex loquens de Episcopo, non excludit Vicarium, Gratian. decil. 167.

2 Verum contrarium est tenendum, vt huiusmodi exploratio voluntatis non possit fieri per Vicarium, vt notant Sbroz. de officio Vicarij lib. 2. qu. 208. & Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum part. 1. num. 237.

3 Quod est verum, nisi Episcopus esset impeditus, quo casu licet Vicario id agere, vt disponit Sac. Concilij Trid. sess. 25. de Regul. cap. 17. & notat Nouar. conclus. vnic. num. 1. de explorat. volunt. puellarum, vbi etiam quod in tali casu potest alteri id demandari, & ita practicatur, & praticari vidi in multis Regni Ciuitatibus.

4 Vnde idem dicendum in Vicario Capituli Sede vacante, quod poterit etiam talem explorationem facere ex vulgata regula, quia Capitulum Sede vacante à quo, & ipse habet iurisdictionem, succedit in omni-

bus quæ spectant ad Episcopum, & ille facere potest, cap. his, qui de maiorit. & obedient. latè comprobatur Rebuff. in praxi benef. in titulo de deuolut. a num. 58. cum sequ. Pauin. de offic. & potest. cap. Sede vacante quæst. 1. par. 1. vbi tradit regulam, quod Capitulum, Sede vacante habet iurisdictionem ordinariam à iure communis, ita quod possit inducias dare, & omnia quæ ad iurisdictionem pertinent expedire, latè Nouarius forens. quæst. 102. a num. 6. cum sequ. lib. 1. vbi plura, quæ hic adaptari possent adducit, taliter quod ordinariam habet iurisdictionem, Azor. in lit. moral. lib. 3. cap. 37. quæst. 7. Paris. de resignat. benefic. quæst. 23. num. 24. & 25. lib. 7. & proinde in Vicarium à Capitulo Sede vacante electum omnis transit iurisdictione ipsi competens, vt necessarium in ijs non sit speciale mandatum, quæ in Episcopi Vicarium sine speciali mandato non transirent, nisi Capitulum Vicario a se electo limitatum de facto mandatum dederit referuando sibi aliqua, quia tunc in ijs Vicarius iurisdictionem exercere non possit. Guttierrez lib. 1. Canonic. qu. cap. 10. n. 11. Garzia de benef. cap. 7. part. 5. n. 30. quia Vicarius iurisdictionem non habet aliunde nisi à Capitulo. Burlat. conf. 108. n. 25. Alter. de censur. disput. 3. lib. 4. cap. 2. litt. B. tom. 2. Suarez de censur. disput. 7. nu. 15. sess. 3. tom. 5.

RESOLVT. CXCVII.

- 1 Præfata Monasterij qualiter ante professionem debeat significare id Episcopo.
- 2 Professio non est nulla, vbi fuit omissa exploratio voluntatis.

Exploratio voluntatis Virginum Deo dicandarum, vbi est omissa, An per hoc professio reddatur nulla.

VT aliàs diximus spectat ad Episcopum, vel eo impedito ad eius Vicarium, aut aliquem eorum, sumptibus ab eis deputatum explorare Virginis voluntatem diligenter an coacta sit, & seducta sit, an sciat quid agat, & si voluntas eius pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requisitas, iuxta

1 Monasterij illius, & ordinis regulam, necnon Monasterium fuerit idoneum liberè ei profiteri liceat, & præfata Monasterij vno mense ante de huiusmodi professione significare debet Episcopo alioquin posset suspendi ab officio ad libitum Episcopi, vt disponit Sacrum Conc. Trid. sess. 25. de Regul. c. 17.

2 Hæc licet sint vera, tamen ego multoties consultus dixi, quod exploratio huiusmodi, vbi reperitur omissa non per hoc professio redditur nulla, ex decis. Sacre Congregationis quæ voluit quod si Antistes hanc explorationem non fecerit contra Concilium fecisse dicendum est, sed ab istis sacris Virginibus, à quibus non solum habitus est susceptus, sed iam professio facta, absque prædicta exploratione, & examine, nihil Ordinarium debere sciscitari, sed permittere eas in suo statu permanere.

Quamuis benè in Abbatissas animaduertere posset Ordinarius ob hanc negligentiam, illasque posset punire non solum pœnis a Conc. Trid. statutis, sed etiam Ecclesiasticis censuris, & alijs iuris remedijs coercere valeret, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, vt testatur Campanil. in diuers. iur. canon. c. 16. num. 17. rubric. 12.

RESOLVT. CXCVIII.

- 1 Terminus qualis præfigatur puellis, quæ sumpserunt habitum ad declarandam earum voluntatem.
- Et intra quod tempus examen debet perfici, n. 2.

Quinam

Quinam terminus debet præfigi ab Ordinario puellis, quæ sumperunt sacrum habitum Monialium si velint professionem emittere.

Sciendum est, quod postquam puellæ, quæ Deo seruire intendunt sacrum habitum sumperunt in aliquo monasterio debet ab Ordinario loci Episcopo certus dierum numerus quindecim, vel viginti præfigi, intra quem debeant declarare, an in rei veritate intendant professionem emittere, vel non, & in casu quo non intenderent profiteri, tunc utiq; sunt remittendæ ad domos consanguineorum, vel affinium, vt affirmat Campanil. in diuersis. iur. canon. rub. 12. cap. 216. nu. 18. postquam Episcopus hac de re certior factus fuerit intra viginquinque dies examen hoc perficere tenetur, quibus elapsis amplius se intromittere non debet, Galet. in sua Margarita casuum conscientiarum in verbo Nouitij, Armendar. in addit. ad recopilat. leg. Nauarr. lib. 2. tit. 18. leg. 7. de Religion. num. 45. quos refert, & sequitur Nouarius in suo iure Pontificio nouo conclus. 1. num. 3. sub rubric. de exploratione voluntatis puellarum pag. 200. col. 1.

RESOLVT. CXCIX.

- 1 Exploratio voluntatis puellæ non debet fieri ad instantiam illius, qui intendit ipsa in vxorem ducere.
- 2 Vbi imminet suspicio quod puella profiteri volens esset à monialibus inuestiganda quid agendum.

Exploratio voluntatis puellæ quæ habitum recepit, An possit fieri ad petitionem illius, qui intendit ipsam in vxorem ducere.

Aduertendum est, quod locorum Ordinarij ad quos spectat huiusmodi explorationem facere, non debent explorare voluntatem puellarum, quæ habitum recipiunt ad petitionem volentium illas in vxores ducere, sed debent omnino expectare tempus emittendæ professionis, quo in tempore si immineret suspicio, quod inueltigerat à monialibus pro suo officio curabit, inde duci ad exteriorem Ecclesiam, Monasterij, vel in propinquorem, & ibi voluntatem explorare, quod si cesseret huiusmodi suspicio, tunc non in alio loco quam ad Crates ferreas id perficere valebit, prout in propriis terminis, notat Campanil. in suo diuersor. iur. canonic. cap. 16. rub. 12. num. 15. qui iuxta hanc sententiam decissum per Sacram Congregationem Illustrissimorum Cardinalium Concilij Interpretum fatetur, & post eum ita pariter affirmat Nouarius in opusculo noui iuris Pontificij concl. vnic. n. 4. & 5. sub titulo de Exploratione voluntatis puellarum, & ita ego vidi pluribus vicibus practicum, Neapoli, & alibi.

PRAXIS EXCOMMUNICATIONIS in subsidium.

RESOLVT. CC.

- 1 Iudex diligenter inspicere debet, si ad sit aliud remedium antequam concedat excommunicationem.
- 2 Excommunicatio est vltimum remedium subsidiarium.
- 3 Ordinarium remedium, ubi habetur, extraordinario uti quis non debet.
- 4 Actio subsidiaria datur, quando deficit ordinaria.

An excommunicationis pena regulariter sit subsidiaria.

Inter requisita excommunicationis proferendæ illud in primis est vt Iudex diligenter inspicat si ad

sit aliud remedium, quo pars experiri valeat ad eius intentionem consequendam, vt voluit Bald. conf. 81. vol. 1. quem refert, & sequitur Monald. conf. 27. num. 3. & sequent. volum. 1. & proinde iure optimo, Costa in eius tractat. de remedijs subsidiarijs voluit literas monitoriales, minimè concedendas esse, nisi in subsidium scilicet deficientibus alijs probationibus allegat Nauarr. in conf. 3. de censibus, addo Neniz. in Sylua nuptial. lib. 3. in verb. Monitoria n. 48. Vgol. de potest. Episcopi c. 45. §. 3. Sayr. decif. 4. de censibus.

Cuius conclusionis ratio est, quoniam excommunicatio est vltimum remedium, quo vitur Ecclesia, cap. Clericus de vita, & honestate Clericorum, Henriquez conf. 12. num. 6. Grassius conf. 13. de sententia excommunic. vol. 2. ex quo reputatur maxima poenarum, cap. corripiantur 24. quæst. 3. & quoties habemus remedium ordinarium non debemus vt extraordinario leg. si causæ, ff. de minoribus, cum vulgaribus. Sotus in 4. sententiar. distinct. 22. quæst. 1. & probatur apertè in Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de reformat. vt excommunicationis gladius qui est neruus disciplinæ Ecclesiasticæ sobriè, & cum magna circumspectione est exercendus, & tunc demum quando alia via suum recuperandi inueniri non potest, vt prosequitur Berret. conf. 3. num. 2. & in conf. 5. num. 19. sequuntur Summistæ omnes in verb. excommunicatio præsertim Zerula in sua praxi Episcop. verb. excommunicatio n. 7. latissimè Costa de remedijs subsidiarijs remed. 14. num. 16. & seq.

Et ex supradictis prouenit rationabiliter quod per Iudices ecclesiasticos in præceptis ab eis enarratis inferatur clausula sub poena excommunicationis in subsidium, vt latè prosequitur Gennet. in praxi Curie Archiep. cap. 22.

Inferitur pariter ex supra positis conclusionibus, quod existentibus duobus insolidum obligatis in forma Camera Apostolica, quorum vnus est solvendo, & proinde ab eo omne debitum recuperari potest, non potest relaxari censura contra alterum ex obligatis, vt testatur fuisse in Rota decisum, Farinacc. in decif. 97. par. 4. diuersorum, & refert Costa vbi supra n. 14. Thesaur. fori eccles. cap. 38. n. 31. Episcopus Minoren. in praxi cap. 22. n. 6. & seq. vbi plura ad hoc.

Ampliatur supra posita regula circa id, quod loquitur de subsidio procedere generaliter, ac in omni materia præsertim in actionibus. Ex quo actio subsidiaria datur cum actio ordinaria deficit, l. quædam, ff. de edendo, l. fin. C. de magistratibus conuendis, Vinus decif. 116. n. 20. Carroc. decif. 109. n. 20. latissimè Bellarmin. in suo perutili tract. de caritativo subsidio quæst. 14.

Amplia secundo, vt non vitietur actus, si plura remedia fuissent cumulata, & sic esset, exempli gratia, poena pecuniaria, quæ est ordinaria cum poena excommunicationis, quæ solet loco poenæ subsidiariæ ferri, vt voluit perbellè Hondedeus conf. 177. & latissimè Costa in suo tractatu de remedijs subsidiarijs in præludio, præludio 4. in princ.

Limita secundo, vt existentibus duobus remedijs, scilicet magis subsidiarijs, & minus subsidiarijs vt debemus, vt regula procedat remedio minus subsidiario secundum Bald. in l. in prouinciali, §. 1. ff. de noui operis nunciatione, Corneus conf. 87. num. 2. vol. 1. plenè Barz. in decif. 130. n. 12. & ratio est secundum omnes quoniam tunc illud remedium magis subsidiarium haberetur loco ordinarij, vt latè prosequitur Costa in dicto tract. præludio 3. in princip.

RESOLVT. CCI.

- 1 Allegans aliquid ad suæ intentionis fundamentum debet probare.
- 2 Relatio